

## SCHEDA DI REGESTO

### PERGAMENA N. 10

COLLOCAZIONE:

Comune di Atessa- Archivio storico

SERIE:

Fondo pergamene n. 10

DESCRIZIONE ARCHIVISTICA:

Ordine di Carlo II per redigere i confini

ESTREMI CRONOLOGICI:

Dell'Università di Atessa

CONDIZIONAMENTO:

17 maggio 1305

SUPPORTO:

Cassettiera di legno

DIMENSIONI:

Membranaceo

NUMERO DELLE CARTE:

Altezza 19 Larghezza 34 Diagonale

NOTE:

1

Scrittura minuscola diplomatica

SUNTO:

Napoli, 17 maggio 1305

Il re Carlo II invita il giustiziere d'Abruzzo a dirimere i contrasti tra l'università di Atessa e il casale Iannaccio per alcuni terreni in confine. Dopo aver provveduto alla divisione dei terreni stessi e all'apposizione dei relativi termini di confine, il giustiziere dovrà farne redigere un pubblico atto.

TRASCRIZIONE:

1. Karolus secundus Dei gratia rex Jerusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, Provincie et Forcalquerii comes, justiciario Aprutii fideli suo gratiam
2. suam et bonam voluntatem. / Pro par'e universitatis hominem terre Aтisse de demanio nostro, nostrorum fidelium, fuit nobis nuper expositum quod, cum ipsi habeant tenimenta et territoria sua contigua nec divisa cum tenimentis casalis /
3. Jannacii de decreta tibi provincia et propter indiscreta tenimenta huiusmodi cum hominibus casalis eiusdem plerumque discordiam reformident, nobis actentius
4. supplicarunt ut, ad tollendam / omnis dissensionis et scandali materiam, inter eos tenimenta ipsa dividi, distingui, dirimi et dirigi mandaremus. Nos igitur petitionem

- huiusmodi, tamquam concordie bonum et pacis commodum /
5. continentem, benignius admictentes fidelitati tue precipiendo mandamus quatenus, syndicis [.....]<sup>1</sup> ipsorum et procuratori domini ditti casalis ac secreto ipsarum
  6. partium et ceteris qui evocandi fuerint / evocatis, per homines dictorum locorum et terrarum vicinarum ac aliorum locorum adiacentium antiquiores fide dignos et qui rei melius scire valeant veritatem de territoriis et tenimentis locorum /
  7. ipsum, studeas inquirere diligenter, secundum quod per inquisitionem ipsam inveneris territoria et tenimenta predicta dirimas, dividas et distinguas ab invicem
  8. per fines / lapideos, qui vulgariter termini appellantur, et determinationem eandem, quam feceris, facias a partibus sub certa et formidabili pena]
  9. inviolabiliter observari, ita quod neutra / partium iustum super hoc habeat materiam conquerendi, facturus fieri cum forma presentium publica consimilia
  10. competentia instrumenta, quorum, aliis partibus assig rationalibus magne curie nostre mictas.  
Nostre curie reservato quod, si aliqua partium predictarum ex divisione seu terminatione predicta assereret /
  11. rationabiliter se gravatam, liceat eidem curie divisionem et determ[inationem.....] corrígere ac ordinate provisionis remedio emendare.  
Interim tamen
  12. provisioni tue stari volumus ut est dictum sic equidem ut ..... par]cium generetur, proviso tamen quod ad ea, que
  13. curia nostra tener vel ad ipsam / sunt curiam rationabiliter devoluta seu aliqui per (.....) censum locata vel nostris forestis aut solatiis deputata,
  14. manus tuas pretextu / presentium non extendas. Datum Neapoli per Barholomeum de Capua militem logothetam et prothonotarium regni Sicilie anno domini /
  15. millesimo cccv die xvii maii tertie inductionis regnorum nostrorum anno

---

<sup>1</sup> Questa e le successive parentesi quadre segnalano lacerazioni con perdita di testo, integrate là dove possibile

vicesimoprimo.